



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Francisca[m] Bernua[m] à multis. 246 & 247

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

& feriò in Ioannem intenta, scĩ-  
taretur, ecquid ille fecerit, quo  
tam facilè omnem à se morbum  
deterfisset?

246. Francisca deinde Bernua:  
haud vulgari virtute virgo, & so-  
litudinis apprimè retinens; Bur-  
gis in S. Dorotheæ ascererio, Re-  
ligionem professa: cū à pleuritide  
calculoque malè habita, ancipiti  
periculo teneretur, ad IGNATIUM  
denique asylum refugit. Inde res  
accidit memorabilis; vt toto an-  
no lapides amplius centum, cum  
modicos tum maiusculos, vix vl-  
lo cum sensu, deiecerit.

247. Huic eidem, sub annum  
cis. 10. xciii. post quàm sangui-  
nem inhibere ars nequijt, quem  
rupta pectoris vena per os egere-  
bat: venit in mentem, ad mouere  
centunculum de talari sacco; eo,  
quem supra demonstrauius,  
IGNATIVUM principiò sumpsisse.

Im-

Imponit hoc malagma pectori;  
& confestim, ceu obice fixo, co-  
ercetur impotens cruor, venęque  
suę patiens quieuit.

248 Propè aberat, vt aliã quo-  
que virginem, Ioannam Gango-  
ram morbis miserè deformatam  
Romanus Pontifex, legibus exi-  
meret; dum egressa Cænobium  
(Hulgas appellant) valetudinem  
instauraret. Quę tamen prius ad  
IGNATII imaginem procubuit,  
corporisq; affecti curam ei com-  
mendauit. Plus sensit impetrasse,  
quã orauerat. Nam persanato  
iam corpore, egressu præterea vir-  
go non eguit; Neque porro, vt le-  
gibus solueretur permisit.

249 Maria quædam Auala, le-  
gibus S. Francisci auctorata, æ-  
rumnis animi immodicè ange-  
batur. Quę edocta opẽ IGNATII  
poscere, si malo inuenire medi-  
cum vellet; assensit. Iamque in  
pre-